Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



nas 150

pestas magna in mare et nauis periclitabat contere et timuerunt
nautae et clamauerunt ad deum suum et miserunt vasa quae erant in
nauis in mare ut alleuiarent ab eis Et Jonas descendit ad latera
nauis et dormiebat sopore graui Et accessit ad eum gubernator et
dixit ei Quid tu sopore deprimeris surge inuoca deum tuum si forte
recordetur dei de nobis et non peribimus Et dixit vir ad col
legam suum Venite mittamus sortes et sciamus cui hoc malum sit
nobis et miserunt sortes et cecidit sors super Jonam et dixerunt ad eum
Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis Quid est opus tuum
et quae terra tua et quo vadis uel ex quo populo es tu Et dixit ad
eos Hebreus ego sum et dominum deum celi ego timeo qui fecit mare
et aridam Et timuerunt viri timore magno et dixerunt ad eum
Quid hoc fecisti Cognouerunt enim viri quia a facie domini fugerat
quia indicauerat eis Jonas Et dixerunt ad eum Quid faciemus tibi
et cessabit mare a nobis quia mare ibat et tempestabat super eos
Et dixit ad eos Tollite me et mittite in mare et cessabit mare a
nobis Scio enim ego quia propter me haec tempestas grandis super nos
Et remigabant viri ut reuerterent ad aridam et non ualebant
quia mare ibat et tempestabat super eos Et exclamauerunt ad dominum
et dixerunt Quaesumus domine ne pereamus in anima viri istius
et ne des super nos sanguinem innocentem quia tu domine sicut voluisti fe
cisti Et tulerunt Jonam et miserunt in mare et stetit mare a
feruore suo Et timuerunt viri timore magno dominum et immola
uerunt hostiam domino et uouerunt uota Etc. ii

Et paratum dominum piscem grandem ut deglutiret Jonam
Et erat Jonas in uentre piscis tribus diebus et tribus noctibus
Et orauit Jonas ad dominum de utero piscis et dixit Cla
mauit ad dominum de tribulatione mea et exaudiuit me de uentre
inferi clamauit et exaudisti uocem meam Proiecisti me in profundum
in corde maris et flumen circumdedit me omnes gurgites tui
et fluctus tui super me transierunt Et ego dixi abiectus sum
a conspectu oculorum tuorum Verumtamen rursus videbo templum sanctum
tuum Circumdederunt me aquae usque ad animam meam Abyssus vol
lauit me pelagus operuit caput meum Ad extrema montium
descendi terra uectes concluserunt me in aeternum et sublenabis